de ſuo. Tacuit itaqꝫ virgo btã ⁊ cogitauit
anteqꝫ rñſum daret: qd̃ eſt ſignũ certiſſi
mũ diſcretiõis ⁊ prudẽtie. Prudẽs eñ ꝑ⁹
habꝫ verbũ in corde circũcidẽs illd̃ ꝑus li
ma rõnis q̃ꝫ veniat ad linguã incaute pla
tionis. Señ. Primo veniat ſermo ad li
mã q̃ꝫ ad linguã. Ecci. xxj. Verba prudẽ
tũ ſtatera põderabunt̃: In ore fatuoꝝ cor
coꝝ: ⁊ in corde ſapientũ os eoꝝ: qꝛ vicꝫ ſa
piẽtes et diſcreti ꝑus diſcernẽdo in corde
deliberãt q̃ꝫ loq̃nt̃: ſtlti ecõtrario. Sic btã
maria virgo prudẽtiſſima cogitabat q̃lis
eſſet angelica ſalutatio. Et paſtoꝝ verba
⁊ ſymeonis ⁊ anne ꝯferẽs in corde ſuo.

## Scd̃m eſt myſteriũ cõmẽ

datiue ſalutatiõis. qd̃ in euãgelio tangit̃
cũ dr̃. Ne timeas mar. inue. eñ graꝫ apd̃
deũ. q. di. ſm Chryſ. Qui apd̃ deũ meret̃
gr̃am nõ habet q̃d timeat. Dicit g̃: Inue
niſti gr̃am. ſ. dei ⁊ hoim pacẽ: mortꝭ deſtru
ctionẽ: ⁊ vite repatiõeꝫ. Nos igr̃ q̃ peccan
do gr̃am amiſim⁹: mortẽ incurrim⁹: ⁊ vi
tã ꝑdidim⁹: ad hãc gr̃e inuẽtricẽ: mortis
deſtructricẽ: ⁊ vite repatricẽ ſecure acceda
mus. Ber. Ne timeas maria inueniſti g̃
tiã apd̃ dñm: q̃ntã gr̃am: gr̃am plenã: gra
tiã ſingularẽ Singularẽ an generalẽ: vtrã
qꝫ ſine dubio: qꝛ plenã: ⁊ eo ſingularẽ q̃ ge
neralẽ. Ipam eñ gñalẽ ſingl'ariter accepi
ſti. Eo inqꝫ ſingularẽ q̃ gñalẽ. Nã ſola oĩ
bus gr̃am inueniſti: Singularẽ: ꝙ ſola hãc
inuenerꝭ plenitudinẽ: Generalẽ: ꝙ de ipſa
plenitudine accipiãt vniuerſi. Hec ille

## Tertiũ eſt myſteriũ nũcia

tiue legatiõis: qd̃ in euãgelio tãgitur: cũ
dicit̃: Ecce ꝯcipies in vtero ⁊ paries filiũ
et vocabis nomẽ ei⁹ ieſum: Hic erit ma
gn⁹ ⁊ fili⁹ altiſſimi vocabit̃ ⁊c̃. vſqꝫ ibi: nõ
erit finis. Hec eſt noua atqꝫ inſolita lega
tio ⁊ ſingulariter admirabilis nunciatio.
Tũ ꝓpter matris virginitatẽ: cui dr̃: Ecce
ꝯcipies in vtero ⁊ paries filiũ. Hec ẽ ita
qꝫ ꝓphetie illi⁹ adimpletio q̃ habet̃ Eſa.
vij. Ecce virgo ꝯcipiet et pariet filiũ. Tũ
ꝓpter nois filij ꝓprietatẽ: qꝛ ſubditur: Et
vocabis nomẽ eius Ieſum. i. ſaluatorem.
Matt. j. Ipſe eñ ſaluũ faciet populũ ſuũ
a peccatis eoꝝ. Richar. de ſancto Vic.
Ieſus nomẽ dulce: nomẽ delectabile: no
men confortãs peccatorẽ: et beate ſpei. Er
go ieſu eſto mihi ieſus. Petrus raue. Vo
cabis nomẽ ei⁹ ieſũ. Hoc ẽ nomẽ qd̃ dedit
cecis viſum: ſurdis auditũ: claudis greſſũ
ſermonẽ mutis: vitã mortuis: totãqꝫ dia
boli poteſtatẽ de obſeſſis corporib⁹ virtus
huius nomis effugauit. Hec ille. Tũ de
niqꝫ ꝓpter ineffabilẽ filij dignitatẽ: qꝛ ſub
ditur: Hic erit magnus et filius altiſſimi
vocabit̃ ⁊c̃. Vbi primo tangit̃ ſaluatoris

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diuinitas cum dicitur: hic erit magnus ⁊ filius altiſſimi vocabitur. Secundo regalis eius auctoritas cum dicitur: et dabit ei dominus deus ſedem dauid patris eius et regnabit in domo iacob. Jacob quippe ſupplantator interpretatur. Jn his igitur omnibus qui ſunt veri ſupplantatores mundi: carnis: et demonis regnat dominus ieſus. Tertio tāgitur regni huius eternitas. cum dicitur. et regni eius non erit finis. Danielis. vij. Poteſtas ei⁹ poteſtas eterna que non auferetur et regnum eius quod non corrumpetur.

Tertia eſt nouitas prorſus inexplicabilis operationis que tāgitur in euangelio. cum dicitur. Dixit autē maria ad angelum. Quomodo fiet iſtud. ⁊c. vſq; ibi. Fiat mihi ſm verbū tuū. Ubi contemplāda ſunt tria precipua myſteria.

¶ Primum eſt myſterium virginalis inquiſitionis.

¶ Scōm eſt ſpalis declaratiōis.

¶ Tertium eſt myſterium finalis concluſionis.

## Primū igit̄ eſt myſteriuꝫ

virginalis inquiſitionis. Cū enim angelus virginem ſalutaſſet ⁊ eam multipliciter cōmendaſſet ⁊ dī filiū in eius vtero cōcipiēdum nūciaſſet: tunc glorioſa virgo dixit ad angelum humili quidem atq; modeſto ſermone. Quomō fiet iſtud quoniā virum non cognoſco? Ubi dicit Ambroſius. Non dubitat eſſe faciendum quod quomō fieri poſſit inquirit. Legerat maria. Ecce virgo concipiet: et ideo credidit hoc futurum: ſed quomodo fieret añ non legerat. Hec Ambroſius. Dixit igitur. Quomodo fiet iſtud quoniam virum nō cognoſco. Gloſa. i. in virginitate mea manere ſp̄o diſpoſui. Uide q̄nta fuerit ei⁹ ɔſtātia. Licꝫ ei ɔiugata licꝫ ſalutata ab āgelo et multipliciter commendata: licet filium paritura: manſit tamen ſemper in propoſito virginitatis: ⁊ videtur potius velle non habere prolem q̄ꝫ perdere virginitatem. Et ideo querit de modo quo ipſa eſſet conceptura. Prouerb. xxxj. Mulierem fortem quis inueniet. Eccleſiaſtici. quinto. Eſto firmus in via dei: quod contra dicitur. j. Timothei. quinto. Conuerſe ſunt retrorſum poſt ſathanam. Et ibidem. Habentes damnationē quia primā fidem irritam fecerunt. ¶ Querere autē ſolent aliqui an fuerit veruꝫ matrimoniū inter mariam ⁊ ioſeph: cum beata virgo ſemper habuerit firmum propoſitum ꝑmanendi in virginitate ſua. ¶ Ad quod reſpondet magiſter ſententiarū in. iiij. diſtinctione. xxx. ꝙ inter mariā ⁊ ioſeph fuit veriſſimū matrimoniū. Ubi allegat Auguſtinum di. ꝙ inter eos fuit perfectū cōiugium: ꝑfectuꝫ quidē in ſanctitate. Sanctiora enim fiunt coniugia pari voto continentium. De hoc etiam habetur. xxvij. queſtione. ij. cap. Jnſtitutum. Quomodo autem potuerit eſſe verum matrimoniuꝫ declarat doctor ſubtilis in. iiij. diſtinctiōe xxx. di. ꝙ in contractu matrimonij eſt mutua datio corpoꝝ ad copulam carnalem non niſi ſub conditione implicita ſcꝫ ſi petatur. Unde contrahentes cum propoſito ſtatim vouendi caſtitatem vere contrahūt. Ubi ē ergo certitudo ſimpliciter ꝙ nunq̄ꝫ peteẜ carnal' copula: ibi contractus matrimonij in nullo preiudicat voto caſtitatis. Hic autem fuit talis certificatio. Ex quo enim habemus Matthei. j. ꝙ angelus inſtruxit ioſeph: di. Noli timere accipere mariam cōiugem tuam ⁊c. Multomagis indubitanter concluditur ꝙ ipſa per angelum vel immediate a deo anteq̄ꝫ deſponſaretur ipſi ioſeph fuit certitudinaliter edocta. Noli timere accipere ioſeph virum iuſtum in coniugem. Ecce enim ſpirituſſanctus dabit eū tibi in cuſtodem et teſtem virginitatis tue: qui tecum pari voto continebit.

## Scōm eſt myſterium ſpe

cialis declarationis: quod ponitur in euāgelio cū dr̄. Et r̄ndēs angel⁹ dixit ei. Spirituſſctūs ſuperueniet in te ⁊c. vſq; ibi: q: nō erit impoſſibile apud deū oīe ꝟbū: vbi facit angelus tria.

¶ Primo tangit operis ineffabilem magnificentiam.

¶ Secundo adducit admirabilem exēpli
¶ Tertio ſubiungit irrefraga (euidētiā bilē rationis efficaciam.

Primo tangit operis ineffabilem magnificentiam cum dicitur Spūſſanctus

ſupueniet in te: ꝛ ꝟtus altiſſimi obũbrabit tibi. Jdeoq ꝛ qd naſcet ex te ſctm: vocabit fili⁹ dei: nõ adoptiu⁹ vt ſcti hoies: ſed fili⁹ natural' ſine pricipio a do pre genit⁹. De hac aũt inexplicabili tanti operꝫ magnificẽtia dt Ber. ſup Miſſ⁹ ẽ. Quis (excepta fortaſſe illa q̃ ſola in ſe h felicissime experiri ꝓmeruit) intellectu capere: rõne diſcernere poſſit q̃liter ſplendoꝛ ille inaccessibilis ꝟgineis ſe viſcerib⁹ infuderit: Soli em̃ datũ ẽ noſſe cui ſoli datũ ẽ experiri. Dicat ḡ: ꝟtus altiſſimi obũbrabit tibi: h ẽ modũ illũ q̃ de ſpũſctõ ꝯcipies: ipa dei ꝟtus ꝛ dei ſapia chꝛs docebit q̃ ſic ſui ſecretiſſimo ꝯſilio ſe tibi ꝯiunget ꝛ obumbrabit: quaten⁹ q̃ tãtũ eſt p̃ri not⁹ fiat et tibi: acſi angel⁹ rñdeat ꝟgini. Quid a me q̃ris qd in te experiens: Scies ꝛ feliciter ſcies: ſꝫ illo auctoꝛe: illo doctoꝛe. Nõ põt h doceri niſi a donãte nec p̃t addiſci niſi a ſuſcipiẽte. Hec Ber. Ex hac auctoꝛitate Bern. (vt dt Albert⁹) colligitur ꝙ beata virgo de filio incarnato habuit cognitionẽ q eſt ſup̃ fidẽ: nõ tñ tã clarã vt in patria niſi foꝛte ad hoꝛã in ipo ꝯceptu vel etiam in partu: quẽadmodũ ꝛ paul⁹ deũ vidit in raptu. Archãgel⁹ igit gabriel inq̃rẽti modũ quõ fiet iſtud: q̃ſi rñdens ſe neſcire et aliũ doctoꝛẽ requirẽdũ oſtendẽs dt. Spiritus ſanctus ſupueniet in te. ꝛc. q. d. Fiet vtiq h ſꝫ mo᷑ diuino ñ hũano: quẽ vtiq modũ ipe ſpũſctus q̃ hui⁹ opis auctoꝛ ẽ: ꝑ illuminatiſſimã experiẽtiã te docebit. Ad maioꝛẽ autẽ huius myſterij declarationẽ notãdũ ꝙ licꝫ hãc bñdictã diuine incarnatõis oparionẽ tota trinitas opata ſit: ſpẽaliter tñ appꝛiat ꝛ attribuit ſpũiſctõ: qd cõueniẽs ee oñdit doctoꝛ ſctus in. iij. diſ. iiij. ꝛ. iij. p. ſũ. q. xxxij. triplici ratiõe. Prima dici põt rõ charitatis. Spũſctus em̃ dr charitas vel amoꝛ dei p̃ris: ꝛ filij: ex maximo aũt amoꝛe dei ꝓuenit vt fili⁹ dei ſibi carnẽ aſſumeret. Vñ Jo. iij. dr. Sic de⁹ dilexit mũdũ vt filij ſuũ vnigenitũ daret. Scdo eſt rõ liberalitatis. Nõ em̃ aliquibus nr̃is meritis ſꝫ ſola liberalitate ꝛ grã fili⁹ dei carnẽ aſſumpſit. Ad titũ. j. Apparuit benignitas ꝛ hũanitas ſaluatoꝛis noſtri dei: nõ ex opib⁹ iuſticie q̃ fecimus nos ſed ẽm ſuã miſcdiaꝫ ſaluos nos fecit. Jdeo ſpũiſancto cui appꝛopꝛiat ipa liberalitas et grã: ꝯceptio chꝛi attribuit. vt dt Aug. in enchiridiõ. Tertia eſt rõ ſctitatꝭ: qꝛ ſpũſctus eſt ſpũs ſanctificatiõis. Rho. j. Et idõ ſicut alij ꝑ ſpiritũſanctũ ſanctificantur ſpiritualiter vt ſint filij dei adoptiui: ita chꝛs ꝑ ſpũmſanctũ eſt in ſanctitate cõceptus: vt eſſet filius dei naturalis. Et ꝓpt hoc dicit angelus btẽ virgini. Jdeoq ꝛ qd naſcet ex te ſctum vocabit filius dei. Licꝫ aũt chꝛs de ſpũſancto ꝯcept⁹ dicat: non tamẽ dꝫ dici filius ſpũſſancti. qꝛ vt dicit Aug⁹. in enchiridiõ. Nat⁹ eſt de ſpũſancto chꝛs non ſic filius: ꝛ de maria ꝟgine ſicut filius. Jdõ catholice exponẽda eſt auctoꝛitas illa angeli. Spũſſanct⁹ ſupue. in te q̃ vt dicit doctoꝛ ſctus in. iij. ſcñ. põt multipliciter intelligi. Primo ſpũſſctus ſupueniet in te. i. ſup poſſibilitatẽ ꝛ curſũ nature veniet in te dãdo fecũditatẽ ꝛ ꝯſeruando ꝟginitatẽ. Scdo ſpũſſctus ſupueniet i te. i. ſup illud qd habes de plenitudine eius in te: qꝛ ſicut olim impleuit mẽtẽ nũc implebit vẽtrẽ operando filij dei ꝯceptionẽ. Tertio ſpũſſctus ſupueniet in te. i. deſup ſcꝫ de celis veniet in te: qꝛ oẽ donũ optimũ deſurſum eſt. Ja. j. Quarto ſpũſſctus ſupueniet in te. i. ſupra merita tua ꝛ ſup̃ merita omniũ creaturaꝝ. Quinto ſpũſſctus ſupueniet in te. i. ſuper omẽs q̃ ante te fuerunt ꝛ poſt te erũt: vt ſis eius tabernaculũ tẽplũ ꝛ ſacrariũ. Cũ itaq audiuim⁹ ſpiritũſctũm in mariã ſupueniſſe: ſtatĩ opis magnitudinẽ admiremur: veneremurq in virginis fecũditate ampliſſimũ mun⁹ grẽ dei ſibi ꝯceſſe q̃ tanta fuit vt ſola eſſet illius mat in terris q̃ ſolũ habet patrẽ in celis. Bene igit dr ſpũſſanctus ſupueniſſe. i. ſupexcellẽter veniſſe in virginẽ q̃m in ea nouũ atq ſingulariſſimum ꝛ oim excellẽtiſſimũ atq mirabiliſſimũ op⁹ operat⁹ eſt. De quo dicit Ber. Hodie tres mixturas. i. tria opera fecit de⁹ ita mirabilr ſingularia vt talia nec facta nec amplius faciẽda ſint. Cõiũcta q̃ppe ſũt ad inuicẽ de⁹ ꝛ hõ: mat ꝛ virgo: fides ꝛ coꝛ hũanũ. Prima ꝯiunctio eſt valde mirabilis qꝛ cõiuncta ſunt limus ꝛ deus: maieſtas ꝛ infirmitas tãta vilitas ꝛ tanta ſublimitas. Nihil em̃ deo ſublimius: ꝛ nihil limo vilius. Secũda cõiũctio nihilo minus eſt valde mirabilis. A ſeculo em̃ nõ eſt auditũ ꝙ ꝟgo

eſſet q̃ pepit: et ꝙ mater eſſet q̃ virgo ꝑmaneat. Tercia ↄiūctio eſt ꝑma ⁊ ſecūda inferioꝛ: ſed nō min⁹ fortis. Dix em̄ quō coꝛ humanū fidē his duob⁹ accōmodat: quō credi potuit ꝙ de⁹ hō eſſet: et ꝙ virgo ꝑmāſit q̃ pepiſſet. Ibi em̄ poꝛtauit ſtella ſolē: palmes vitē: riuul⁹ fontē: filia patrē: creatura creatorē. Hec Ber. Patz itaqꝫ incōprehēſibilis opis magnificētia quā oſtēdit angelus: cū dixit: Spūſſctūs ſupueniet i te ⁊c. ¶ Scḋo adducit āgel⁹ admirabilē exēpli euidentiā: cū dixit: Et ecce heliſabet cognata tua ⁊ ipa ↄcepit fi. in ſe. ſua. Et hic mēſis eſt ſext⁹ illi q̃ vo. ſteril. q. di. vt facili⁹ credas: ecce Heliſabet cognata tua ⁊ ipa ↄcepit filiū in ſenectute ſua: cuꝫ tn̄ vocaret ſteril ꝓpter iādudū notā ſterilitatē eius. hoc etiā addidit angel⁹: ſicut dicit Bern. vt gaudiū gaudio cumularet.

¶ Tertio ſubiūgit irrefragabilē rōis efficaciā: cū dixit: q2 nō erit impoſſibile apud deū oē verbū. Quia em̄ exēplū ꝓ fidei confirmatiōe adductū ſupi⁹ nō eſt vſqꝫqꝫ ꝑfectū q2 vicꝫ mltō mai⁹ eſt virginē ↄcipere ⁊ parere qꝫ ſenē ⁊ ſterilē. Iō adducit angelus rōnis efficaciā ex dei oīpotētia di. Q2 nō erit impoſſibile apō deū oē verbū: id ē oīs res digna ꝟbo: ſiue oē qḋ ipe dn̄s verbo ꝓmiſit: q2 vt dicit Pſ. Ipſe dixit ⁊ facta ſunt ⁊c. Vel oē verbū. i. oē qḋ eſt ab intellectu ↄceptibile qḋ vicꝫ ↄtradictōꝫ nō includit.

## Tertiū eſt myſteriū final ↄcluſiōis:

vicꝫ cū dixit btā ꝟgo: Ecce ancilla dn̄i f. mi. ſm̄ verbū tu. Circa hoc myſteriū intuere ⁊ ↄtēplare o aīa deuota q̃lr̄ eſt ibi tota trinitas p̄ſens: ⁊ rn̄ſionē huius ſinglarꝫ filie ſue expectās: Meditare etiā q̃liter ipe angel⁹ cū reuerētia dn̄am ſuam aſpicit ⁊ eius prudentiā atqꝫ humilitateꝫ ↄtēplat. Aug⁹ in q̄dam ſmo. ſic alloq̄tur virginē. Iā audiſti maria quō fiet hoc: reſpōde nūc verba vite: Audiſti quō fiet hoc: q2 ſpūſſanct⁹ ſupueniet i te vt ꝓlē gignas et ꝟginitatē nō amittas: filiū ꝓferas ⁊ p⁹ partū incoꝛrupta ꝑmaneas. O btā maria ſeclm oē captiuū tuū deꝑcatur aſſenſuꝫ te dn̄a mōs ſue fidi obſidē fec. Noli moꝛari virgo: nūcio feſtināter rn̄de verbū ⁊ ſuſcipe filiū. Da fidē ⁊ ſenti ꝟtutē. Ecce (inq̄t) ancilla dn̄i: Fiat mihi ſm̄ ꝟbū tuū. Hec Aug⁹. Et Ber. Audiſti virgo q2 ↄcipies: audiſti ꝙ nō ꝑ hoīeꝫ: ſed ꝑ ſpm̄ſanctū: expectat angel⁹ rn̄ſum tuū vt reuertat ad dn̄m q̇ miſit illū. Expectam⁹ ⁊ nos o dn̄a verbū miſatiōis q̄s miſabilit̃ ꝑmit ſnīa dānatiōis. Ecce ⁊ preciū tibi offertur nr̄e ſalutis ſtatimqꝫ liberemur ſi conſentis. Hoc a te virgo pia ſupplicat flebilis adā cū miſera ſobole ſua exul de paradiſo. Hoc Dō: hoc ⁊ flagitāt ceteri patres tui q̇ ⁊ ipi habitāt in regiōe vmbꝛe moꝛtꝭ. Hoc totus mūdus expectat O dn̄a rn̄de verbū qḋ terra: qḋ inferi: qḋ expectant ⁊ et ſupi: rn̄de verbuꝫ: ⁊ ſuſcipe verbū: ꝓfer tuū ⁊ ſuſcipe diuinū: emitte tranſitoꝛiū et amplectere ſempiternū. Hec Bern. Sic itaqꝫ tandē prudētiſſima virgo auditꝭ angeli ſermonib⁹ (vt pie credit̃) ꝓfunda deuotione flexis genib⁹: manib⁹ iūctis ⁊ expaſſis ⁊ oclīs ad celū eleuatis cū inextimabili humilitate ꝓtulit deſideratiſſimū verbū toto coꝛdis affectu audiendū: di. Ecce ancilla dn̄i. q. di. nō mee ſed illi⁹ ꝑtātis ſū: fiat mihi ſm̄ verbū tuū. Anſ. O fides dō accepta: o hūilitas deo grata. o obediētia oī ſacrificio deo iocūdi⁹ oblata. O ſublimis virgo dei mr̄. O mater hūilis ancilla dn̄i. Quid ſublimi⁹ eſſe poſſit: ⁊ q̇d humilius ſentire poſſit. Hec ille. ¶ Predicta igit̃ ſacratiſſima virginis verba virtutes redolēt inextimabiles ¶ Primo em̄ ibi tāgitur iextimabilis obediētie ꝓmptitudo: cū dicit: Ecce. Hec itaqꝫ obediētia tanta fuit ꝙ nunqꝫ deo gratioꝛ: acceptioꝛqꝫ in ali q̄ alia creatura ſiue hoīe ſiue angelo inueniri poſſit. Aug⁹. O felix obediētia. O inſignis gr̄a q̄ dū hūiliter fidē dedit celi in ſe opificē incoꝛpauit: impleuit in ea dn̄s qḋ dudū p̄dixerat: Obediam volo pl⁹ qꝫ ſacrificiū. Hec fuit vere obidiētia oī ſacrificio gratioꝛ. Hec volūtas cunctis hoſtijs acceptioꝛ ¶ Scḋo tangit̃ admirabilis humilitatꝭ plenitudo: cū dt̄: ancilla dn̄i. Ber. Mater dei eligit̃ ⁊ ancillā ſe noiat: nō mediocris reuera hūilitatꝭ inſigne eſt oblata tāta glīa nō obliuiſci hūilitatē: nō magnū eſt hūilem eſſe in abiectiōe. magna ꝓſus et rara hūilitas honoꝛata. Hec ille. Sicut em̄ dt̄ Bed. Decebat ꝙ ſic ꝑ ſupbiā eue moꝛs i mōꝫ itrauit: ita ꝑ humilitatē ma

rie vite introitꝰ panderet. Hec ille. Be
ata igit virgo eſt luminare qđ minuit i ſui
ꝯſummatione Eccl. xliij. Juxta illud Eccl.
iij. q̄nto magnus es humilia te in omnibꝰ
Econtra ſꝑo gloriant plures ⁊ extollunt ꝺ
genere de diuitijs: de honoribꝰ: de pulcri-
tudie. Eſa. iij. Eleuate ſunt filie ſion ⁊ am
bulauerunt extento collo ⁊c. ¶ Tertio tan
git inexplicabilis deſiderij ſeu deuotionis
celſitudo: cum dicit, fiat mihi ſm verbũ tu
um. Tunc em̄ incomꝓhenſibili q̄dam lumi
ne fidei interiꝰ excellentiſſime illuſtrata fu-
it adeo vt de ꝟbo incarnãdo nihil ſentiret
diminutũ. Tãq3 feruenti charitate cũ deo
fuit inextimabilr cõiuncta vt creatura nõ
ſufficiat illud cogitare. Jõ mirabili q̄dam
fidei deuotione ⁊ inextimabili charitat3 de
ſiderio dic. Fiat mihi ſm ꝟbum tuũ. Nul-
lus ꝑfecto eoꝝ qui deũ dilexerũt fuit vnq̄3
in eo exceſſu dilectionis q̄ ipa feruebat. O
armariũ diuine gr̄e. O templũ diuine mi
ſericordie. O fons pietatis. O fons caſti
tatis. O puteus humilitat3. O plenitudo
prudẽtie. O plenitudo gr̄e q̄ ſola fuiſti di-
gna portare regẽ celoꝝ. ¶ S3 iuxta hoc q̄-
rere poſſet aliq̄s. Utꝝ bt̄a virgo meruit fi
eri mr̄ dei. Rñdet Boñ. in. iij. diſti. iiij. q̄
triplex eſt meritũ: condigni: congrui: ⁊ di
gni. ¶ Primũ eſt meritũ condigni q̄ q̄s ex
tanta charitate meret tantã gl̄iam ⁊ h̄ me
rito non potuit virgo mereri ꝯcipe filiũ dĩ.
Hoc em̄ excedit oẽ meritũ: ſiue ei dicamꝰ
deum fieri hoiem: ſiue mulierẽ fieri mr̄em
dei: vtrũq3 eſt ſupra ſtatũ qui competit cre
ature. ⁊ iõ tam hoc q̄3 illud, fuit pure beni
gnitatis ⁊ gr̄e. ¶ Scõm eſt meritũ cõgrui
quo peccator dicit gr̄am mereri cum ad
eam ſe diſponit, ⁊ ſic beata virgo ante in-
carnationem meruit concipere filium dei:
qm̄ ꝑ nimia ſui puritate: humilitate: ⁊ be-
nignitate idonea erat vt efficeret mat dei
¶ Tertium eſt meritũ digni quo ſc3 vir iu
ſtus orans pro alio meret exaudiri. Et h̄
etiam merito meruit beata virgo concipe-
re chr̄m poſt angelicã annunciationẽ: tũc
enim ſpũſſanctus in eam copioſiſſime de-
ſcendit non indiſpoſitam ſi bene conſidere
mus quid continet in illis verbis que vir-
go ſacratiſſima concludendo angelo dicit.
vic3 Ecce ancilla dñi ⁊c. Tanta em̄ humi
litate ⁊ obediẽtia plena erat: tãto fidei lu
mine illuſtrata: tãtoq3 ardore diuine cha
ritatis inflãmata q̄ digna fuit vt eſſet mat
dei: ſicq3 merito digni meruit ꝯcipere fili
um dei. Nota hic differentiã inter meritũ
ꝯdigni et digni: quia merito ꝯdigni aliq̄s
ius habet in re: nõ aũt merito digni q̄uis
ex ſe valeat vt ſibi det. Prolatis igit ſupꝑ
dict3 verbis ab ore ꝟgineo ſubito ſine mo
ra in vtero virginali ꝯcipit deus hõ. Ho-
mo inq̄3 q̄ ad aiam gr̄a et ſapiẽtia pleniſſi
mus atq3 ꝑfectus: et q̄ ad corpus etiã ab
inſtanti ꝯceptiõis plene atq3 integre for-
matꝰ. Nouũ igit fecit dñs ſup terrã: mu-
lier circũdedit viꝝ. Nã vt Augꝰ. dĩ. For-
matio corpis chr̄i fuit ꝑfecta in principio
ſue conceptiõis q̄ntum ad oĩa liniamẽ-
ta mẽbroꝝ: ſed q̄ntum ad debitã corpis
q̄ntitatẽ ꝑficiebatur ſucceſſiue. Subito
itaq3 poſt virginis verba incarnatꝰ eſt do
minus: et ad dñm ſtatim reuerſus eſt an-
gelus. Augꝰ. in quodã ſermone. Ecce (in-
quit maria) ancilla dñi: fiat mihi ſm ver-
bũ tuũ. Nec mora reuertit nũcius: et vir-
ginalẽ thalamũ ingredit chriſtus. Efficit
ſubito pregnãs beata dei genitrix: ⁊ cun-
cta ꝑ ſecula predicatur hec felix. Concepit
mox ad credulitatẽ verbi, virilis ignara
conſortij. Exultat igit maria: ⁊ matrẽ ſe
leta miratur: ⁊ de ſpũſancto ꝯcepiſſe ſe gau
det. Hec Augꝰ. O q̄nta ꝯtemplationis
dulcedine rapiebat hec ſacratiſſima vir-
go cũ ſe tã mirabilit concepiſſe meditaba-
tur cum ſe matrẽ pariter et virginẽ cogno
ſcebat: matrẽ inq̄3 non cuiuſcũq3, ſed dei.
Cum ſe cernebat eum in vtero ſuo geſta-
re qui creator eſt et dominꝰ celi et terre.
Profecto nõ eſt poſſibile cogitare q̄nto di
uini amoris ardore eſtuabat: q̄ntas ſine in-
termiſſione gratias dño referebat cũ hu-
mane ſalutis preciũ in vtero ſe habere co
gitabat. Reuera inexplicabili mentis leti
cia, de tanti operis nouitate exultabat q̄a
nouam prolem nouo modo ipſa noua ma
ter conceperat et in vtero ꝟginali ſine q̄li
cunq3 grauamine deum veꝝ et hominem
baiulabat. Auguſtinus in quodã ſermo-
ne. Hec eſt illa nouitas Hieremie ꝓphe-
te vaticinio prenũciata. Faciet (inquit) no-
uum dominus ſuper terrã: femina circũ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dabit virum. O femina ſuper feminas be
nedicta que virū omnino nō nouit et virū
ſuo vtero circūdedit. Hec Auguſtinꝰ. Ex
dictis itaqꝫ ↄtemplari poſſumꝰ ꝙ admi/
rabile: ꝙ ſolenniſſimum atqꝫ excellentiſſi/
mū eſt opus incarnationis diuine. Opus
quidem nouū atqꝫ ſingulariſſimum to/
tum delectabile nobis: totum iocundum
omni reuerentia atqꝫ deuotione ſuſcipien
dum et cum aſſidua gratiarū actione reco
lendum. Caueamus itaqꝫ ne ingrati ſimꝰ
tante dei benignitati: tā inextimabili cha/
ritati creatoꝝ: tante dulcedini domini no
ſtri erga nos indignos ſeruos ſuos q̄ no/
ſtre humanitatis formā aſſumere voluit
vt nos ſue diuinitatis tribueret eſſe par/
ticipes. Sic itaqꝫ incarnato ꝑ nobis do/
mino tota deuotione famulemur: ſic eum
totis animi precordijs veneremur: ſic ei
indeſinenter toto corde gratias agere ſtu
deamꝰ vt benedicte incarnatōis ſue fru/
ctū ꝑcipere ꝛ ad ſue diuinitatis claꝝ con/
tuitum pertingere feliciť mereamur: amē
¶ Nota circa hoc quod in euangelio dici
tur: Ad virginē deſponſatā viro ꝛc. ꝙ in/
ter mariā ꝛ ioſeph fuit ꝯſūmatū matrimo
niū: vt declarat magr̄ in. iiij. ſen. diſt. xxx.
allegans auguſtinū dicentē: ꝙ inter eos fu
it ꝑfectū ↄiugiū. ꝑfectum quidē in ſctītate
Sanctiora eni ſunt ↄiugia pari voto cōti/
nentiū. Hoc aūt declarat doctor ſubtilis
in. iiij. di. xxx. di. ꝙ in ↄtractu matrimonij
eſt mutua datio corpoꝝ ad copulā carna/
lem nō niſi ſub cōdicione implicita. ſ. ſi pe
tatur. Unde cōtrahentes cū ꝓpoſito ſta/
tim vouendi caſtitatem vere cōtrahunt.
Ubi eſt ergo certitudo ſimpliciter ꝙ nū/
q̄ petetur carnalis copula: ibi cōtractus
matrimonij in nullo preiudicat voto ca/
ſtitatis. Hic autem fuit talis certificatio.
Ex q̄ enim Math. j. habemus: ꝙ angelꝰ
inſtruxit ioſeph: dicēs Noli timere accipe
Mariā coniugē ꝛc. Multo magis indu/
bitanter eſt tenendū ꝙ Maria per ange/
lum vel immediate a deo anteqꝫ deſpon/
ſaretur ipſi ioſeph: fuit certitudinaliť edo
cta: Noli timere accipere Joſeph virum
tuum: Ecce eni ſpiritusſanctus dabit eum
teſtem virginitatis tue. Illud autem qđ
dicitur. xvij. q. j. ca. Sunt quidam. videlꝫ
vouētibꝫ caſtitatē nō ſolū nubere: ſꝫ ꝛ velle
nubere damnabile eſt. De illis itelligēdū
eſt quibꝰ non cōſtat certitudinaliť ꝙ nun
q̄ talis vſus matrimonij peteť. Hec ſcotꝰ.
Quod etiā dr̄ Hieronymꝰ aduerſus hel
uidiū: ꝙ ioſeph potiꝰ marie fuit cuſtos q̄
maritus. Hoc eſt intelligendū ꝑut in no/
mine mariti intelligiť actus matrimonij.
Loquiť em̄ hieronymꝰ cōtra hereticos q̄
dicebāt mariā carnaliť ↄueniſſe cū ioſeph

Sermo de btā ꝟgine quādo legiť euāge/
liū illud Loquēte ieſu ad turb. ꝛc. Lu. xj.

Loquēte ie
ſu ad turbas extollēs vocē
quedā mulier de turba dic
illi. Beatus venter q̄ te portauit. ꝛc. Lu.
xj. Si deū in ſanctis ſingulis laudare de/
bemꝰ: ꝑculdubio in ſua glīoſa atqꝫ digniſ/
ſima matre maria eū freq̄ntius atqꝫ de/
uotius laudare ꝛ venerari nos opoꝛtꝫ: eo
inqꝫ deuotius quo certiores ſumus ꝑ eaꝝ
nobis eterne ſalutis reparationē aduenī/
ſe: ꝛ per eius interuentū gratiā apud deū
nos inuenire poſſe. Hec ē ei mater ſalutꝭ
et gratie. Ut autem in ho euangelio ſpe
cialem laudis materiam accipiamus: in/
telligendum eſt ꝙ ibi de tribus ꝑſonis fit
mentio ſpecialis. ¶ Prima. De perſo
na que laudem dedit: vel ſic. De perſo/
na laudis prolatiua. Hec eſt Mulier d̄ tur
ba que ꝓponitur nobis imitabilis propť
ſanctitatem. ¶ Scd̄a de ꝑſona cui laus
data fuit. Uel ſic. De ꝑſona laudis rece/
ptiua. Hec eſt virgo maria q̄ ꝓponiť no/
bis venerabilis ꝓpter dignitatē. ¶ Ter/
tia de perſona q̄ laudis cauſam contulit.
Uel ſic. De ꝑſona laudis cauſatiua. Hec
eſt ꝓles virginea q̄ ꝓponiť nob̄ admirabi/
lis ꝓpter pietatem.

Prima igiť eſt ꝑſona q̄ laudē dedit
virginali vtero dicēs ipi dn̄o. Bea
tus vēter q̄ te portauit ꝛc. Hec aūt
mulier cōmēdabilis eſt ex ſua deuotiōe et
modo laudandi ꝓpter tria.
¶ Primo quia inchoatio ſue laudatiōis
fuit ab humilitate (uēti charitate.
¶ Scd̄o quia ꝓſecutio eius fuit cum fer/
¶ Tertio qꝛ ↄſūmatio eiꝰ fuit cū cordis ꝛ
intētiōis puritate. Primo quia inchoa
tio laudationis ſue fuit ab humilitate.